

I. N. J.

24

44

&

DISSERTATIO METAPHYSICA,

De

UBIETATE,

Quam
ALMA TRIADE FAVENTE!

Atque

Ampliss. Facult. Philos. in inclyto ad

Auram Musarum Palladio,

adprobante,

Sub PRÆSIDIO,

Adm. Reverendi & Amplissimi Domini,

M. SIMONIS Calpo/

Log. & Metaph. Professoris Ordinarii,
utrinusque Consistorii Adsefforis gra-
vissimi, Pastoris qvocq; in Pijis lon-
gè meritissimi, Promotoris & Præ-
ceptoris sui, æternum

suspiciendi,

Loco Speciminis,

Publicè examinandam modestè tradit

MATTHIAS FROSTELIUS,

Aboënsis,

In Audit. Max. d. 15 Octob. 1698.

Impr. apud Jo. LAUR. WALLIUM.

SACRÆ REGIÆ
MAGNÆ FI
IN CHRISTO
AC
Dominis Reve

DN. JOHANNI
GEZELIO,
S. S. Theologiæ
DOCTORI
Celeberrimo,
Diœcesios Aboensis EPISCOPO
Eminentissimo,
Academia ibidem
PRO CANCELLARIO
Amplissimo,
Consistorii Ecclesiastici
PRÆSIDI
Dexterrimo

DOMINIS, Mœcenatibus, ac
me
PACEM, FELICI

MAJESTATIS
DEI VIIRIS,
PATRIBUS

rendissimis

DN. P E T R O
LAURBECCCHIO,

S. S. Theologiæ
DOCTORI
Præcellentissimo,
Diœcesios Wiburg. EPISCOPO
Amplissimo,
Reg: Gymn: & Schol. per Diœc.
EPHORO
Gravissimo,
Consistorii Ecclesiastici
PRÆSIDI
Laudatissimo.

PATRONIS Magnis.
is
TATEM, ANNOS!

VIRIS.

MAXIME REVER: EXCELLENTISSIMIS,
PRAECLARISSIMIS,

Maximum Rever: aq; Amplissimo Domino,

DN. JOHANNI FLACHSENIO,

S. S. Theol. Doct. ac Primario Professori
longe Celeberrimo, Ecclesiaz Marianæ Pa-
stori Vigilantissimo, Consistorii utriusque
Adseffori Gravissimo, Promotori in æter-
num honorando.

Adm: Rev: atque Præcellentissimo Domino,

DN. ANDREÆ WANOCCHIO,

S. S. Th. Prof. Ord. Celeberrimo, Consistorii
utriusque Adseffori dexterissimo, Ecclesiarum
Gratiæ-Vallenium Pastori vigilantissimo.
Patrono in æternum devenerando.

Adm. Rev: atque Amplissimo Domino.

DN. M. D A V I D L U N D /

S. S. Theol Prof Ord. meritissimo, utrisque
Consist; Adseff: Gravissimo, Pastori Aboen-
fis Eccl. Svecicæ & in Pemar vigilantissimo.
omni animi reverentia semper colendo.

Etiam reliquis omnibus PROFESSORIBUS, nec non
Patronis Magnis, Mæcenatibus, & Promoto-
ribus hac levia submissa mente offero!

Mengenio vivit Musis sacrata
Caterva,
Sed benesi vivet cura favoris erit,
Si mihi vos dederit Terræque, Po-
lique Monarcha,
Fautores, credo, vela secunda fe-
ram,
Sic quoque adire liber vos lumina
Magna, Patronos
Et pulsare manu limina vestra piâ
Aspice GEZELI Tuq; adspice can-
dide Mysta
LAURBECK: adspicite hæc fronte
favente precor.
Vivite sic vegeti, seros in Nestoris
annos!
Sic vos Grandævos cælica regna
beent!!!

Dum iustioris scrutinii lance innumerorum, quibus me (O Patroni omnibus laudum eremias Decantandi) ex eo, quo mihi Vester frui licuit patrocinio, affectis, beneficiorum perpendo cumulum, ne illum in tantam creuisse confiteor sublimitatem, ut nunquam mea vires illi rependendo pares esse deprehendantur, praesertim, ubi mihi in memoriam revocavero illam felicitatem que mibi non duxerat in Publicarum sed & privatuarum lectitorum ventilatione illuxit: hanc autem felicitatem quo pensabo, nibil aliud penes me reperio, nisi ut cum mente grata hec exilia chartacea Vestris Nominibus inscribam dona, quae ut sereno Aspiciatis pulsu cernuus contendeo atque obtestor. De cetero igitur ad supremum Numen calescentium precium ablego Thura, Vicit vos omnes Magnos meos Patronos omnigena sua benedictione non solum temporali, sed & eterna dicare, tandemque post scros tranquillosque, canos celesti saturare Ambrosiam!!! Ceu ad ultimum usque vita balitum.

Vestiarum Paternitatum

humilimus cliens medullitas
vovet

MATTHIAS FROSTELIUS.

Prudentissimo, ac Spectatissimo Domino,

DN. ANDREÆ LYNDI

Hactenus Advocato in Regio Dicasterio Experientissimo, jam confirmato Senatori Curiæ Abodicæ meritissimo, Patrono suo pristino, perpetim colendo.

Honorifico atq; Spectatissimo Domino,

DN. CAROLO LYNDI

Secretario Regiminis Arctopolitani accuratissimo, Fautori atq; Benefactori semper amando.

Honorato atq; Prudentissimo Domino,

DN. JOHANNI LYSSEMANI

Advocato Regii Judicij solertissimo, Fautori atque Benefactori propensissimo.

Illis prioribus ut Ephoris, & studiorum suorum Promotoribus, his sequentibus ut Evergetis & Fautoribus, levide se hoc munus submissa mente offert.

Viro Juveni
Literarum Virtutumq; Affectatori indefesso,
Politissimo

Dn: MATTHIÆ FROSTELIO,
cum Disputationem

De UBIETATE,
Proprio Marte contextam, publicitus
defensaret:

Qvod vulgare Typis, ac ostentare Laboras,
Quæ conscripsisti, vigili studio, tua,
Mundo,
Scripta, quibus sobriè diceris philosophari,
Ampliter alludo: quia non vulgaria cœptas,
Obvia quæ sunt Plebeijis & inertibus, ast que
Grandibus ingenii semper placuere; revolvis.
In quo, cœptasti studio, decurrere perge,
Fiet ut inceptos ausus fortunet Olympus!!!

L, Mz. utut festinatim ad-
Dab. Aboæ
d. 15 Calend. gratutabar
Septembri SIMON Tälpo/
Anni 1698. Met. & Log. Prof.
Ord. P.P.

H²⁴aud immeritò Metaphysica à piâ &
Venerandâ Antiquitate ἀποχειρεύεται
vocitata est; si enim alicui volupse
fuerit æqvioris scrutinii illam pondera-
re lance, næ facile offenditer illam ceu
Dominam in aliarum disciplinarum pri-
mas tenere coronâ. Qvamvis autem Me-
taphysica appelletur post physica: hoc
tamen nihil qvicquam ipsius auctoritati
& existimationi derogat, præsertim
cum hoc qvâ ordinem inventionis, non
verò qvâ ordinem naturæ ac dignitatis
acciendum venit. Qvippè homines
primum faciliora considerantes discipli-
nis cumprimis ab iisdem contextis pra-
eticiis, altius tandem transcendendo Me-
taphysicam invenisse Aristoteles confi-
tetur; cum namque ipsa in apricum res
producat divinas, ullâ Philosophiæ par-
te esse posterior nequit ratione dignita-
tis: cum vicissim res nobis ob oculos
ponat uiversalissimas, non potest aliqua
pars ratione naturæ illâ prior esse, pro-
indè non mirum est, qvod ~~uox~~ ~~avnoqua-~~
~~itas~~ Philosophia audiat. Qvantus igitur
): hinc

*L.
d.
Se/
An* hinc in acqvirendâ universæ Philo-
phiæ cognitione ardor: qvanta in con-
troversiarum Theologicarum enodatio-
ne soliditas: quantum denique in hære-
ticatorum sophismatibus refutandis pro-
manat emolumentum, non prolixis ver-
borum necessum duco probari parasan-
gis, qvoniā res id satis superqve do-
ceat ipsa, adeò ut, hinc validissimas di-
sputationum extruere bales & limpi-
dissimos decisionum havire queant fon-
tes tam Philosophi, qvam Theologi.
Nam nunqvac quisqvac felici in qvæ-
stionibus philosophicis ac Theologicis
est versaturus sydere: nunqvac inof-
fenso pede cum infestissimis veritatis
antagonistis congressurus: nunqvac so-
lidum in Philosophia & Theologia pa-
læstrâ brabeum obtenturus. qvi animum
hoc studio non perfectissime imbue-
rit suum. Ergo ad laude dignum, o-
pus, Dn. FROSTELLI, manum applicas-
tuam, cum ex hoc tam Augusto disler-
tationis tuæ conchas Cælestis adpiran-
te Numinis favonio sub Adm. Reverendi

atq; Præclarissimi ejusdem Facultatis Dn.
Professoris, Mag. SIMONIS Calpo/
umbone investigare perrexeris fundo.
Faxit Summus Olympi Rector, ut hæc
ce ingenii tui primitiæ in Sanctissimi
Nominis ejus gloriam, Reipubl. decus
Tuorumqve gaudium ac solatium ver-
gant! ut calidissimis appreccatur votis

ANDR. ASCHELINUS.

SILVAM,

In

Perorandum & Politissimum

Juvenem

DN. MATTHIAM FROSTELIUM,

Conterraneum suum honorandum,
Super UBIETATE Metaphysicâ,

publicè differenter,

Mancipat, en, quisqvac sese cuicunq; labori,

Non sine sudato, potis est, humore potiri,
Fructibus illius; si gestit jungere sese

Ruricola turba, nullis, mactatur opimis.

Muneribus terra, colit is ni sepius illam.

Munia Mercatoris obit, non ille perida

atq;

Mit-

Multa subibit? enim quotiens in gurgite salso
Nam errabit eò, rursum illuc puppe vehetur.
Vel qui se studis abdit; nonne hicce molestis
Sepè premetur? enim calcabit ubique salebras
Vepribus & dumis quoq[ue] consita quadrigia: olim
Premia redundunt: nam Parnassumque subibit
Et lauro aonìa cingetur: famaq[ue] grandis
Hance manebit eris nostra tu prompta cetera
Pars, cum divina & pandis loca nostra reli-
quia &

Attamen iste labos Fautor non viritus unquam
Ti cedet, sed quam, venaris, adorea tandem
Mansura est temet, vobeo tibi tempora frondes
Advenient lauri! charites insigniter atq[ue]
præfixam ad metam colliment inde beatam!

gratulabundus adjecit

JOH: Tälpo/ S. F.

Cum mos sit laudabilis, honorissime, apud
nostrates receptus qvod solent qvibus cum
consuetudinem habent industriam suam pro-
bantibus felicem successum & qvævis fausta
precari. Morem hunc per tot retro secula ob-
servatum renovare potius quam præterite vo-
lui. Ideo provinciam hanc ut susciperem haud
negare potui, et si probe noverim quam sit mi-
hi

hi curta sappellex, prorsus etenim me impa-
rem esse sentio oneri qualicunque ferendo,
multum me deterret imbecillitas mea quam
sane ultero agnosco, Verum ob amicitiam, qvæ
jam diu inter nos intercessit non possum qvæ
paucissimis assiduitatem tuam, quam duobus
speciminibus publicè in hac Musarum Palæstra
nimirum proclamando & disputando probare
niteris collaudem. Tu igitur id agas etiam in
posterum ut hactenus, qvod & sponte suo te
facturum ut & gratia illa qvate, nunc Musæ
nostræ excipiunt, & pariter auctore gloria o-
lim excipient sis & evadas porro dignissimus,
sic nec Musarum desideria, nec tuorum spes
nec mea præsgia cluseris. Sit itaque adus
hic tibi faustus ut inde fructus uberrimos re-
portare possis qvod ipsum tibi ex animo &
vobeo & gratulor, gratulor etiam qvod non
tritam in Philosophicis tibi Materiam sed satis
arduam defendendam suscepis, gratulor qvo-
que egregiis tuis progressibus, simul ac hisce
lineolis Sincerum animi mei votum effundo,
ut ipse fons sapientiae qui te felicitate ingenii
exornavit conatus tuos porro ad scopum ex-
optatissimum dirigat' hoc est qvæ supplici fla-
gitare voce non desistam.

(Cœlesti = ERICUS Biörckroot)

Abuensis.

Epi-

Multa
Nunc e
Vel q
Sepè or
Veprib
Premi
Es lau
Hance
Pars,

Attam
Ti cedi
Mansi
Ad bell
præfia
FROSTELI
C
consu
banti
preca
servat
lui. I
negat

EPIGRAMMA

In Juvenem

Literarum cultorem solertissimum, morumq;
decore ornatisimum

DN. MATTHIA M FROSTELIUM,
amicum singularissimum Disputatio-
nem Philosodhicam proprio marte
elaboratam in publicum
divulgantem.

Res operosa quidem penetrare cacumina
Pindi,
Multis curarum vepribus obsitum iter,
Sed ilitas rizamen hoc post ergum dura relinqvit
Et sic vincentem præmia digna manent.
FROSTELI, bene tu affectare cacumina Pindi
Cœpisti, rebus postpositis reliquis.

Quod nunc indicio prodis certo cathedrali dum
Scandis, materiam, de dexteritate tuâ,
Raram, defensum, scriptam doctag, Minerva.
Perge igitur cœpto, sic tibi surget honor.

Ameris & honoris declarandi ergo
simplissime concexit.

ERICUS CHOSELIUS. ABR. F.
Aboënsis.



I. N. 3.

Enaces ordinis boni in antecessum observamus, priusquam ad majora fiat processus, in præsens, nomini, minimè submitti publico, localitatem, quæ est, & deprehenditur inter res Substantiales, corporeas atque finitas, multò minus sub formalí Physico consideratam, ut quidam tam ex Calvinistarum Secta, quam recentiorum Choro, sinistre docent. Priores erroris licet sui in fidem maximi, sint probè consciī, tamen in sui patrocinium summo- perè laborant, naturæ etiam principia corrumpere, quod vel satis hoc unum (ut cætera taceam) indigitat, cum ineptè dicunt: localitatem exhaustire sua latitudine ubietatem & ubiqvitatem; Ut eo aptius Christi

A

Sal-

S̄aluatoris nostri Omnipræsentiam
destruere possint; sed qvam valdè
infirma est hæc Machina, patebit
in seqventibus. Recentiores qvod
attinet, utiq̄ putant omne esse in lo-
co, imo ipsum DEUM, Angelosqve,
qvia definiunt locum per spatiū;
Deumqve asserunt esse in spatiis i-
maginariis. Est igitur nobis discur-
sus De Ubietate, prout significat a-
liqvid indeterminatum, & conve-
nit omni Enti tam creato, qvam
increato, Substantiis & Accidenti-
bus, adeo ut analogicè includat qvà
divisionem, Ubiqvitatem, Alicubi-
tatem, & Localitatem, remotis his
omnibus, qvicqvid vel de localitate,
vel loco, ingenia inimica veritati, So-
phisticè magis qvā verè discurrunt.
Plurima paucis explicaturi, statim rē
enodem⁹, definitione à Doct: Calov.
data in Metaphys. Dvi: De Ubietate.
Est, ergo, Ubietas adessentia Entis tam
infiniti qvam finiti in ubi vel spatio
inde-

indeterminata.. Allata definitio con-
venit naturæ, qvia hic Ubietatis
modus est notissimus ac solus in
usu, qvod dici nequit de spatio,
multo minus localitate, qvam dicti
hæretici præsertim Burgersdicius in
Hæreseos suæ detensionem urgent.
Dividunt in absolutam & relatam,
absoluta est qvâ res alibi existit sola,
abqve respectu ad aliam rem, qva-
lem dicunt fuisse DEI localitatem
ante conditum mundum & etiam-
num extra mundi ambitum. Rela-
tam scilicet localitatem, appellant,
qvâ una res ibi esse dicitur ubi aliæ
funt. Hanc Dicunt commodissimè
dici præsentiam, qvam rursus divi-
dunt in corpoream & incorpoream.
Hinc deducunt qvasi 4. localitatis
species relatæ. Vel cum sp. spiritui
præsens est, vel corp. corpori. vel
spiritus corpori & corpus spiritui
Hæ species localitatis respectivæ
præter respectum ad spatiū exi-

stiment addere etiam Enti respectum ad eas res quibus dicuntur praesentes esse, & modum illis coexistendi. Hæc opinio Burgesdicii repugnat sanæ rationi quia 1. confundit res creatas cum Ente increato 2. existimat omne esse in Ubi prædicamentali, cum tamen illud ubi sit corporum. Præter hunc respectum datur. Transcendentalis. 3. Localitatem, contra Philosophos, applicat rebus Transcendentalibus, quæ est saltem corporum. Præterea circa Descriptiōnem datam observandum ad mentem D. Doct: Gezelii, & Doctoris Calovii, illam comprehendere varias acceptiones, quæ hâc voce veniunt intelligendæ. Ut Scalig. Exercit. 359. Sect. 5. afferit, Ubi competere omni Enti præter DEUM, sed illa acceptio est nimis contrafacta & specialis. Nos hic eam generaliter & in abstracta natura, pro omni ad-

ef-

essendi modo, qui competit Enti Creato & increato, Substantiæ & Accid. sumimus. Formale Ubiet: determinaturi, dicimus illud esse adessentiam Entis, in ubi vel spatio. ubi intelligendus generaliter quavis adessendi modus, quodcumq; etiam spat. sive verum sit, & reale, sive imaginarium, quod extra mundum concipitur dari. Transcendentalis enim Relatio (ceu explicat Calov.) non semper postulat terminum realem & positivum. Malumus autem uti termino adessentiæ, quam præsentia, et si vox illa minus latina sit: cum hæc terminum realem cui ens sit prælens, involvat.

Negamus proinde Ubiet: forma. liter consistere. 1. In denominatione merè extrinsecâ, desumpta vel ab actu rationis, est enim vera & realis Entis passio, citra mentis operationem ipsi competens: vel 2. à coexistentia alterius, cum remoto o-

mni extrinseco adhuc Enti intrinsecè convenit. 2. In operatione transiente, cum hæc necessario nexu essentiæ non cohæreat, nec a parte rei sit ipsa Essentia, qvem admodum Ubiet: Imò nullam operationem Ubiet, in sua formalitate includere judicamus, utut aliquando cum ipsa materialiter & subjectivè concurrere possit. *Consule Calovium cap. de libet. por. 3. & Fromm. C. de libet. qv: 2.* Adde etiam Scheibl. lib. I. Met. cap. 17. n. 9. & seqq. In spatio hoc enim etiam imaginarium est, at Ubiet. affectio vera & realis, ut jam dictum. 4. Ex qvibus patet Ubietatem hanc Transcendentalem non esse confundendam cum Ubi prædicamentali; Nam etiam rebus finitis non saltem accidentalis ubicatio, ut loqvuntur, tribuenda est, cuius gratia constituitur prædicamentum qvoddam speciale Ubi, sed & essentialis, qvæ ab Ente non realiter tantum

7

tum differt. Imo ipsum Ubi prædicamentale, qvia verè Ens, non potest non esse alicubi. Si enim nuspianum esset, nec esset qvidem, ut loquitur Doct. Calov.

UBIETAS EST INFINITA VEL FINITA. UBIETAS INFINITA, aliàs UBIQUITAS DICITUR, est simplex adessendi interminabilitas, & soli DEO competit.

Vocem Ubiquitatis in usu Philosophico & legitimo accipimus, removentes abusum ejus sophisticum omnesque imperfectiones exinde ortas. Calov. Ubiquit. etiam immensitatem vocari docet, qvod nullo spatio mensurari possit, et si aliàs immensum esse, & ubique esse à se, discernenda moneat, non qvod ubique est, sed qvod non potest non ubique esse, id demum verè immensum est. Affinis quoque Ubiquitati est omnipræsentia; Solent bac persepe (verba sunt Calovii)

usurpari promiscue: At accuratius distingvuntur, ratio hæc est: qvia Omnipræsentia non est propriè Immensitas, sed immensitatis conseqvens; immensitas qvippe est attributum essentiale, æternum & absolutum: Omnipræsentia, extrinsecum, relativum, qvod in tempore cœpit, qvia citra resp. creaturarum actu præalentium, nec intelligi, nec definiri potest; ista est ἀνεξίχνιος, hæc ἀνεξίχνιον. Calov. *hæc fuisse tradit,* quem omnino consultum eas. Describimus autem Ubiqvitatem per simplicem adeslendi interminabilitatem, qvæ ipsa, adessentiæ terminum, non actualem tantum, sed & possibilem excludit; ut patet de dura^{re}tione. Unde apparet, immensum non magis spatiis hujus universi; qvam æternum temporis vel durationis hujus mundi momentis, definiri posse. Afferendum proindè immensum in infinitis spatiis extra

tra hoc universum ipsissimo actu existere. Qvod cum de fide sit certissimum, etiam inde firmiter evincitur; qvod negari non possit, DEUM si velit extra mundum creando & producendo aliquid operari posse; operatio autem præsupponit essentiam. Confer Scheibl. lib. 2. Met. cap. 17 n. 25. & seqq. Adde etiam Calov. & Fromm: Hoc est qvod dicunt Scholaſtici: DEUM esse in ubi Repletivè, qvod intelligendum non in sensu Physico, qvæſi crasso & corporeo modo Deus omnia impleat, sed hyperphysico, qvod modo divino & incomprehensibili omnia implendo contineat. Deus. inquit Calov. in omnibus ubi præſens statuitur, verum non οὐκέτως ut comprehendatur, sed οὐκέτως ut comprehendat loca omnia, non περιέχως & περιγέπτως, sed περιέλκως, præſentia illocali, non locali. b. e. qvod reteres dicunt: Deus ubique est, & nu-

spiam est; ubique in quantum præsentia sua omnia continet, nuspiam, in quantum à nullo continetur. Ubietas finita à Calvio nuncupatur Alicubitas, qvæ est adessentia ad certum ubi determinata. Estque vel Definitiva, vel Circumscrip. Alicubitas definitiva est, qvā Ens finitum citra occupationem spatii aut circumscriptionem localem ita est alicubi, ut nat. sua alibi non sit. Alicubi aliquando generaliter dicitur ut fermè idem significet qvod ubi; qvo sensu usurpatur hæc etiam à Scheibl. in locis antea citatis. si ramen originem vocis respiciamus, videtur alicubi dictum esse quasi alicvod ubi, qvo in significatu nos vocem cum Calov. retinemus. Definitivè hic non generaliter accipitur pro qvovis finitæ præsentia modo, prout aliquando usurpatur, sed specialiter prout opponitur rō circumscriptivo.

No-

Notandum circa alicubietatem, qvod spat. occupare dicitur id, qvod ita omnes dimensiones replet, ut simul aliud ejusdem generis in eodem spatio ferre non possit. Localis qvoqve, circumscrip. id infert, ut aliquid propria sua quantitate determinet & circumscribat sibi tantum spatii, quantum reqvirit, nec eò amplius vel minus sibi designari possit. qvidqvid igitur Ubietatem habet definitivam, illud quidem in infinitis ubi præsto non est; ita ramen est in ubi particulari & determinato, ut tota sit in toto spatio, & tota in qualibet spatii parte. Calov. hic Disting. moner inter totam essentiam & totam præsentiam, ut vide-re est cap. de Ubietate. Theor. 5. Sperling. in Anthropolog. pag. 80. de anima humana differens, distinguit inter totam animam & totum anime; Totum anime in pede non est, alias nihil anime in manu esset. Tota anima vero in pede est, qvia spirit. est, qui par-

partibus caret. Competit autem Ubier. hæc definitiva extra omnem controversiam spiritibus finitis omnibus:

Nos etiam eam Formis Substantialibus & Accidentibus convenire cum From. probamus hoc argum: Quidquid non est ubique, & tamen spat. non occupat, nec circumscriptiōnē localem admittit, illud est in Ubi Definitivè; At formæ substanciales & accidentia. E. Alicubitas verò circumscriptiva est, qvā ens finitum per nat. cum occupatione spati & locali circumscriptiōne est in ubi. Circumscrip̄tivū hic non passivè dicitur, qvod externo aliquo ambiente circumscribitur; sic enim extrellum in Mundo Corpus in ubi circumscriptivo non esset; sed activè, qvod spatiū occupando circumscribit, eodem qvoqve modo definitivū in priori Teor. non passivè, sed activè, qvod sibi spatiū designat & definit, intelligi debet.

Di-

Dicimus per nat. non dubito (verbis utimur Calovi) rem finitam singulis suis partibus aptam spatio commensurari, idqve natura & essentialiter, alio posse de facto gaudere adessendi modo, ut citra spatiū occupationem & actualem com mensurationem in ubi statuatur latitudine virtute superioris agentis, vel per DEI absolutam potentiam: cum nullam implicit contradictionem, esse commensurabile spatio in qvo existat de se & naturaliter: & non commensurari actu spatio eodem ab extrinseco & supernaturaliter. consule Calov. & Meisn. Philosoph. sobr: Sect. 3. c. 1. q. 3. eadem hæc explicatio per alicubietatem explicari possit, cum certum sit DEUM posse longè supra id qvod nos intelligimus aut asleqvi valemus cogitando. Idcirco consultissimum est permanere in tenuitate ingenii, & asleqvi ea qvæ docti probarint, & evitare illa qvæ stulti laudarint, qvia

quia omnino variis atque frivolis suis lententiis passim divagantur stabilentes, Ubieratis vocabulum per voculam ambiguam pari modo ac de voce ubi quando constat variè accipi, quam variam acceptiōnem præterire licebit, quia res alias satis superq; evidens evadit secundum vetustissimorum Philologorum opiniones, qui statuunt agendum esse de voce alicubi, in Doctrina Transcendentium, & Transcendentialium Distinctionum. Fererunt tamen id recentiores quidam, inter quos sunt Joh. Lipp. & Hen: Nolius, viri ingeniosissimi. Id que rectissimè quia Metaph. veteres, cum explicant Prædicamentum Ubi, frequentissimè insinuant, quod sit aliquis superior modus adessendi in ubi, qui non sumitur secundum Ubi prædicamentale, qualis rebus creatis solum convenit. Unde complectendo sub una gene-

rali voce etiam hunc modum effendi alicubi, relinqvitur esse alicubi ut sic, Transcendere Prædicamenta, atque ita inter transcendentia poni debere. Hisce jam subsistimus Grates DEO agentes: Hallelujah!!!

Axiomata.

1. *Præsentia reali ad indistinctiam valet consequentia.*
2. *A Multiplicatione τῷ ubi, ad multiplicationem ejus quod est in ubi, non valet consequentia.*
3. *Ubietas non infert operationem.*
4. *Rem finitam ubique esse, non est impossibile;*
5. *Quod habet partes extra partes, circumscriptive est alicubi.*

Plura quidem in Boni Lectoris arbitrium relinqvat, supplices offrendo preces, ne in me ignarum nobilissimæ scientiæ Metaphysicæ, sto-

machum erumpat, qvi exercitii
 loco hanc sublimem materiam tra-
 standam mihi præsumpsi; ut in-
 genium meum tenue, simul etiam
 studiorum meorum exigua speci-
 mina in lucem edendo probarem,
 nutu atque ıvasu nonnullorum E-
 vergetarum, qvi clientulo suo infimo
 favere student, ob intimum amo-
 rem qvō pii suos proximos comple-
 ἔtuntur; spernentes hujus seculi ~~κερ-~~
~~δοξίαν~~ qvæ magnoperè inter perplu-
 rimos grassatur; in ejus locū exspe-
 ctantes gaudium perenne, nec non
 βεατεῖσιν sive αὐτοῖς αἴτιοι
 beneficiorum
 suorum erga clientulos præstitorum.
 Qvia gratitudinis gradus sunt: Be-
 neficium agnoscere, deprædicare,
 repensare. Qvod Deus ex alto exau-
 diat; ut cordicitus opto!!! con-
 cludens discursum seqvent:
 δοξολογία:

Gloria sit Patri! Nato si Gloria sancto!

Gloria Spiritui! Triadi sit Gloria Sacra!!!